



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

CLIV. Sancti Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis epistola ad Atserum
primum Archiepiscopum Lundensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

pio, & Ecclesiæ in meo episcopatu adquisitas
mea auctoritate roborando laude & afflitione, vi-
delicet Ecclesiæ sancti Martini de Savarat, &
sancti Felicis, & Ecclesiæ omnes quæ ad domum
pertinent. Et infuper dono & concedo eidem mo-
nasterio ut semper liberam habeat potestatem ac-
quiriendi quidquid possit in omni episcopatu Tol-
lano pro me & successoribus nostris. Et hoc totum
factum est in generali capitulo in præfentia supra-
dicti Archiepiscopi & Abbatis & Poncij Prioris
& Bernardi Sacrifice & aliorum virorum nobilium
anno ab incarnatione Domini millesimo septen-
agesimo quinto, regnante Philippo Rege. Rai-
mundus Capellanus scriptit.

C L I I I.

*Pibonis Episcopi Tullenſis littere
de Ecclesiæ de Munz.*

An. 1079.
Ex archivio
S. Manue-
ti Tullen-
fis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Pa-
tris & Filii & Spiritus sancti. Pibo Dei gra-
tia Leuchorum Episcopus omnibus sanctæ Ecclesiæ
filii salutem in perpetuum. Quoniam tem-
pora, quæ semper defluit, & nunquam in eo-
dem statu permanent, ex longitudine dierum obli-
vionem parunt, & per oblivionem contentiones
sepe oriuntur, capropter ad cautelam actiones
temporum scripturæ commendantur, & per scrip-
turam posteris mandantur. Facile enim retinetur
quod scripturæ commendatur. Notum sit igitur
præsentibus & futuri temporis hominibus Ecclesiæ
de Munz antiquitus capellam de Blano exti-
tuisse, hominèque apud eandem villam de Munz
commorantes ter in anno, videlicet in Pascha, Pen-
tecosten, & Natale Domini, ex consuetudine
apud matrem suam Ecclesiæ de Blano conveniente
& debitas oblationes Presbytero de Blano ibidem
persolvere. Verum quoniam huic antiquæ con-
fuetudini homines ejusdem villa de Munz tem-
pore nostro obviare conati sunt, per duos annos
nostra pastorali iustitia & judicio sanctæ Tullen-
fis Ecclesiæ prædictis hominibus divina sunt inter-
dicta, donec præsumptionem suam condigna
satisfactione emendarent. Hac necessitate homines
de Munz compulsi, dominum suum Duxem
Theodericum, in cuius manu prædicta villa tunc
erat, convenerunt, obnoxie precentes ut per eum
ab hismodi sententiâ absolverentur. Mediane
igitur Domino Duce Theoderico prædictis ho-
minibus de Munz ibidem batiferium & liberam
sepulturam concessimus, & ut deinceps in tribus
jambiis solemnitatibus ad Blano ire non co-
gerentur statuimus. Cujus rei compositio cum ad
aures Domini Theomari, qui tunc temporis præ-
cer Ecclesiæ beatissimi Mansueti, pervenisset,
consilio sapientum, quos consiliis suis aferuerat,
huic facto rationabilibus modis contradixit pro-
eo ne si forte præfata capella licentia Diaconi &
Archidiaconi mater Ecclesiæ fieret, baptisterium
& liberam sepulturam haberet, homines de par-
rochia successores ipsius aliquando ad tecum
Ecclesiæ cooperiendum provocarent & inquieta-
rent. Eapropter Dominus Dux præviso in pos-
terum damno Ecclesiæ sancti Mansueti, & preno-

tata rusticorum quæ fieri poterat inquietatione,
communi assensu & rogatu Albrici vilici & alio-
rum hominum de Munz, præsente venerabili
Abbate Theomaro & laudante, statuit ut homi-
nes de Munz tecum præfata Ecclesiæ, si quan-
do destrueretur, cum ceteris utensilibus interio-
ribus, videlicet indumentis, calice, Missali, icar-
ali repararent. Sic igitur memoratus Abbas
Theomarus, rogante & instanti supradicto Duce
ceterisque qui multa ad eum rogandum super hoc
convererant, eorum petitioni assensum præbuit,
& quæ sui juris erant in oblationibus trium festi-
vitatum ad cooperiendum Ecclesiæ tecum in
auxilium concessit, exceptis panibus oblationum
earundem festivitatum. Et ne tam noſta quæ
prædicti Abbatis institutio aliqua posterorum ca-
lumna vel oblatrantium improbatæ valeat quan-
doque ullo modo transmutari, hanc cartam con-
scribi jussimus in signum monumenti, quam etiam
sub intermissione anathematis impreßione pro-
priæ imaginis, signis quoque & testimoniis nos-
trorum censuimus fidelium reborari. S. Pibonis
Episcopi, S. Theomari Abbatis, S. Theodoricæ
Ducis, S. VVidrici Abbatis, S. Apri, S. Riguini
Primicerij, S. Brunonis Archidiaconi & Præpo-
ſiti, S. Gengulfi, S. Alberoni Cancellarij, S.
Ogeri sacerdotis ejusdem capellæ de Munz,
S. Albrici vilici ejusdem villa, S. Bencelinii Mil-
itis subadvocati de Castro Caſtanaj, S. Humberti
Milites ejusdem Caſtri, S. Milonii de Gundicort.
Acta sum hæc anno ab incarnatione
Domini M L X X I X. anno ordinationis nostræ xii.
imperante Henrico III. Duce Lotharingorum
Theodericu, Comite Tullenſi Raynardo, reg-
nante per secula Dominino Iesu Christo feliciter.
Amen.

C L I V.

*Sancti Anselmi Archiepiscopi Cantuaricensis
epistola ad Aſserum primum Archie-
ſcopum Lundensem.*

A Nselmus Archiepiscopus Cantuarie re-
rendo Laudis Ecclesiæ Archiepiscopo At-
tero falutem & veram amicitiam in Christo.
Quod me rogas de Domino Albrico Cardinali
Romana Ecclesiæ libenter feci, cum propter ho-
norem Romanæ Ecclesiæ, tum propter amorem
vestrum, pro quo libenter facere volo si quid
quod placet sanctitati vestre intellexero. Gra-
tias agimus Deo, qui in regno Danorum vestram
* religiōfam ad archiepiscopatum fullimavit. Con-
fidimus enim quia, gratia Dei cooperante, ea tamen
qua corrīgenda sunt corrigētis, & qua ædifican-
da ædificabitis, & qua nutrienda nutritis. Au-
divimus namque à præfato Cardinali multa bona
de vobis. Vnde istam habemus fiduciam, & ora-
mus ut Deus, qui hoc incepit in vobis, ad bonum
effectum vestram semper perducat voluntate-
tem. Rogo sanctitatem vestram quatinus reg-
num illud vestro sancto studio emundetis ab
apostatis, ut nullus alienigena ibi recipiat ali-
quem ecclesiasticum ordinem: quia illi qui ab
Episcopis suis repelluntur, illuc pergunt, & exe-

An. 1094
Ex veteri
codice bi-
bliothecæ
Collecti-

crabilius ad diversos ordines sacrantur. Valete, & orate pro me.

C L V.

Gelasij II. bullæ de privilegiis monasterij Caunensis in diœcœsi Narbonensi.

An. 1119.
Ex archivo
Archiepiscopi
Narbonensis.

Gelasius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Arnaldo Caunensis monasterij Abbatæ ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Omni pertinenti nos tribuerit evangelicis praepceptis instruimus. Idcirco venerabilium fratrum nosterum Narbonensis & Arelatensis Archiepiscoporum petitionibus, Caunensis monasterium, cui Deo auctore præsidet, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad exemplar prædecessoris nostri sancte memoriae Vibani Papæ sub apostolice sedis tutelam excipimus, quod videlicet monasterium à bonæ memoria Karolo Imperatore per Milonem Comitem ædificatum, & tam ab ipso quam à filio eius Lodoico ac nepote Carolo æquè Imperatoribus ad honorem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli per regalia scripta munatum est. Præfatis igitur decreti auctoritatem statuimus ut ejusdem loci libertas, sicut à supradictis Imperatoribus collata est, firma in perpetuum conservetur. Id est, ut nullus iudex publicus, nullus curia minister, ipsius Ecclesiæ colonos citra Abbatæ & fratrum voluntatem distingere nec ex rebus monasterij census aut vestigia quelibet presumant exigere. Quicquid autem vel in Narbonensi vel in Minerensi seu Carcasensi aut Redensi aut Albensi pago Caunense monasterium possidet, ab omnium hominum molestia vel inquietudine liberum maneat. In pago squidem Narbonensi ab ipsis prædictorum Imperatorum temporibus Ecclesiæ sancti Pauli, & salinas in loco qui dicitur à Cagacane, & insula que dicitur Damana. In Minerensi villam que dicitur Libras cum Ecclesia sua, villam Bajani cum Ecclesia sua, Vteliacum cum Ecclesia sua, partem villa Trenciani, partem de Villare, partem villa Abencis, partem villa de Campolongo, villam de Cros cum Ecclesia sua. In montana, Spinacia cum villis suis, partem villa Rabeti. In Carcasensi villam five Ecclesiæ sancti Fructuosi, Ecclesiæ sancti Laurentij, villam Baniolas cum Ecclesia sua, villam Palazol cum Ecclesia sua, Orris cum Ecclesia sua, partem villa Glujani. In Redensi villa Recemiro cum Ecclesia sua. In Albensi Ecclesiæ sancti Amancij. Item in Carcasensi partem villa de Fonte cooperata. Ad hæc adientes decernimus ut quæcumque hodie idem monasterium justè possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium justè atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum licet idem monasterium temere perturbare aut ejus possessiones aufere, vel ablatas retinere, minuere, vel temerari vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quoq[ue] sustentatione & gubernatione concessa sunt uibus omnimodis profutura. Nec idem monaste-

rium alij violenter subjiciatur, quandiu in eo regularis disciplina vigor Domino præstante perficerit. Salva Narbonensis Archiepiscopi canonica reverentia. Obeyente nunc ejus loci Abbatæ vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet subreptionis astutus seu violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu vel fratum pars consilij fanoris secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam vel de fini vel de aliena, si oportuerit, congregatio providerint eligendum. Sepulteram quoque ejusdem loci omnino liberam esse decernimus; ut corum qui illuc sepeliti delibetaverint devotioni & extremitate voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica feculariæ persona, hanc nostræ confititionis paginam scens, contra temere venire tentaverit, secundum tertio communione si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuriae cognoscat, & a sacratissimo corpore & languore Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, arque in extremo examine districte ultiō subiecatur. Cumq[ue] autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatenus & hunc fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum judicem præmis eternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Gelasius Ecclesiæ Carolicae Episcopus subscripti. Signum manus meæ. *Deus in loco sancto suo.*

Data Aurasiæ per manum Grifogoni sanctæ Romane Ecclesiæ Diaconi Cardinalis xiiii. Kal. Ian. Indictione xii. dominicæ incarnationis anno m c x v i i i. pontificatus autem Domini Gelasij secundi Papæ anno primo.

C L VI.

Libellus divisorij Guillelmi Raimundi de Montecatano Seneschalli Barconensis & Beatrixis uxoris ejus.

Cvndi innotescere volumus qualiter Guilielmus Raymundi Seneschalus & uxor ejus Beatrix se presentaverunt ante Archiepiscopum Tarraconensem. Erat enim quæstio inter eos de coniugio suo, utrum possent in eodem coniugio remanere. Qui auditis & discussis eorum rationibus, & acceptis probationibus non sine sacramento, iudicavit divortium debere fieri inter eos. Vnde amicorum compostrerunt pacem hoc modo inter eos. Laudaverunt quidem ipsam honorem qui fuit Berengarij Raimundi Montecatani ita inter se haberent. Primum quidem ut ipsas dominicaturas, dum ipsa viveat, haberent per medium, staticam verò castorum per singulos annos habeat sex mensibus Guilielmus Raimundi, & Beatrix sex aliis mensibus, donec ipsa maritum accipiat. Milites autem ipsius honoris facient hominum Beatri, eò quod si Guilielmus Raimundi hoc ei frangere tentaverit, valeant Beatri & teneant se cum illa donec habeat in vita sua mediætatem omnium dominicatarum & staticam sancti Martialis per meliorationem cum labora-

An. 1115.
Ex archivo
regio Bar-
conensis.

FFff ij

Tom. II.